

# Universitätsbibliothek Paderborn

## **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**  
**Parisiis, M.D.LXXV.**

Charitatis perfectionem in hoc sitam esse, vt iudicij diem desideremus. 79.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](#)

qui & hoc, quod dederat, & de  
quo mihi fortè immoderatius  
blandiebar, solatum ante exitum  
tulit, vestram scilicet & Domini  
mei Eugenij gratiam: ut vel pro-  
prio experimento discam nō po-  
nere spem meam in homine.

---

Charitatis perfectionem in  
hoc sitam esse, vt iu-  
dicij diem desi-  
deremus.

79.

DVM vir abest, vxor quanam sit adultera, quanam  
Sit proba, perspicuis noscitur indiciis.  
Casta etenim plena est lachrimis absente marito:  
Illiis at longas optat iniqua moras.  
Sic pia mens superi redditum sedit usque mariti:  
Ac desiderio nocte dieque gemit.  
At, quoniam thalami sanctissima iura resoluta,  
Eius mens redditum perfidiosa timet.

## S C H O L I A .

Dum vir abest ) Argumentum  
huius Octastichi ad verbum ferè  
ex Augustino transcriptum est,

S A C R A

qui in enarratione Psalmi 117.  
apertissimè ostendit vitiōsa ani-  
mæ, atque improbae conscientie  
esse, præpostero quodā ac seroi-

*Tract. 9.* extremi iudicij metu affici. Il-  
*in epist. 1* quod etiam alio loco rursus am-  
*Ioan.* plissima oratione prosequitur,  
vbi illud Ioannis exponit, In hoc  
est perfecta charitas in nobis, et  
fiduciā habeamus in die iudicii.

Illuc enim postea quā de iis verbo  
fecit, qui iudicij diē pertimescunt.  
hæc verba subiungit: Surgētibus  
cælestibus mēbris, cœpit deside-  
rare quod timebat. Timebat  
nīm ne veniret Christus, & inut-  
niret impiū, quē dānaret: deside-  
rat ut veniat, quia inuentur us  
quem coronet. Iam cum cœperat  
desiderare venientē Christū cœta  
anima, quæ desiderat complexus  
spōsi, renūciat adultero, fit virg-  
interi ipsa fide, spe, & charitas

Habet iam fiduciā in die iudicij:  
 non cōtra se pugnat, quādo orat,  
 & dicit, Adueniat regnū tuū. Qui  
 enim timet ne veniat regnū Dei,  
 timet ne exaudiatur. Et quomo-  
 do orat, qui timet ne exaudiatur?  
 Qui autē orat cū fiducia, charitas  
 in eo optat vt regnū Dei veniat.

Fieri non posse, vt quisquā simul  
 & Deo, & diabolo  
 seruiat.

80.

*Qui simul & Belie cupit inservire, Deoque,*  
*Et sequitur quæ mens, quæ caro mollis amat,*  
*Ille operam ludit. nec enim Deus illa moratur*  
*Obsequia, ad geminos quæ referuntur heros.*  
*Qui duplices dominos amplecti nititur vni:*  
*Ille videre duo nititur ora simul*  
*Ille una è manibus blandè mulcetque fouetque:*  
*Atque una rursus verberat ora manus.*

## SCHOLIA.

*Qui simul & Belie) Gregorius*  
*Naz. in carmine de Virginitate*  
*amphibiis animantibus eos ele-*